

# APOLOGETICVS

DE RATIONE POETICAE  
CAE ARTIS.

*Incipit liber primus. De omnium  
scientiarum diuisione.*

Philosophie  
sectio in rea-  
lem & ratio-  
nalem.

*Et. 1. poste.  
lec. 2.*

*3. de anima.  
t. c. 38.*

Entis sectio  
in reale et ra-  
tionis.

Realis philo-  
sophie sec. in  
prac.

*2. met.*



Niuerſam philoſophiam in partes  
duas ſecari, in rationalem ſcilicet &  
realem, & auctoritas excellentiſſi-  
morum uirorum & ratio probat.

Cum enim non entium non ſit ſcien-  
tia: ſed eorum duntaxat quæ ſunt: ut philoſophi  
teſtantur: & ſecentur ſcientiæ quemadmodum &  
res iuxta ſententiã philoſophi in libro de anima,  
diuidatur autem ens principaliter in ens reale &  
ens rationis, neceſſe eſt philoſophiã in duas par-  
tes diuidere: quarum una ens reale reſpiciat, alte-  
ra uero circa ens rationis uerſetur, quas partes qui  
ignorat philoſophus & ſapiens appellari non de-  
bet. Sapiens .n. teſte Ariſtotile: debet omnia ſcire  
ut decet. Philoſophia quoq; realis in duas partes  
diſtinguitur. In practicã et ſpeculatiuã. Practicã  
ſcientiã dicimus habitum intellectus immediate  
ordinatum ad operationes earum potentiãrum q̄  
ſunt infra intellectu regendas. Vnde ſinis practi-  
cæ eſt opus ut in ſecũdo metaphyſicorũ ſuorum te-  
ſtat philoſophus. Quod q̄dem opus praxim græ-  
co nomine uocamus & diſſinimus eſſe opus alte-  
rius